

jejunium afflictionis, ad quod hic se obligare intendit, est intelligendum juxta idem jejunium, ad quod obligat Ecclesia universalis. Hac autem id jejunium transferri in Sabbatum præcedens, quando incidit in Dominica. Si jejunium fuit exaltationis, est implendum in Dominica. Quia est votum de re licita. Si votens neutrius jejunii meminit, debet jejunare die Dominica. Quia cum non voverit jejunare vespere fests, sed ipomet die, probabilis est, ac magis præsumendum tacitam volentis intentionem fuisse, vovisse jejunium exaltationis. Tandem si utriusque meminit, debet jejunare Sabbato præcedenti. Quia cæteris paribus debet se universali Ecclesiæ consuetudini conformare. Ita docent Joannes de Neapoli quodlibet 8. q. 35. D. Antoninus 2. p. titul. 11. c. 2. §. 10. Sylvester, verbo votum 2. quæ. 16. Tabiena, verbo votum 3. q. 7. Armilla verbo votum, n. 17.

18 At exillimo in nullo horum eventum teneri hunc jejunare die præcedenti, sed satisfacere obligationi voti, jejunando ipsa die Dominica. Quia est votum de aliquare intelligitur inflar ejusdem rei cadentis sub præcepto Ecclesiastico: ac Ecclesiæ jejunium vigiliæ festi transfert in diem præcedentem, si id in Dominica incidit. Et ad nullum jejunium obligat in die aliquo festo ratione ipsius festi, sed vigiliæ festi obligat. Atque proinde non est aliquod præceptum Ecclesiasticum de simili jejunio, quod eius voti regula sit. Deinde, quod specialis devotio voverit fuit jejunare toto anno, de illa, qua ad festum incidit, & non fuit jejunare illius vigiliæ: & ita jejunium ipsius diei voti. Et sic fit jejunium afflictionis, five exaltationis, est licitum jejunare die Dominica. (Ut n. 12. dixi.) Ergo satisfactio hæc obligationi jejunando die Dominica, qualemque jejunium sit. Secundo, dico posse in omnibus his eventibus hunc propria auctoritate transferre jejunium illud in Sabbatum præcedens. Quia ex omnium sententia quilibet potest votum suum in manifestè melius commutare propria auctoritate. At manifestè melius est se conformare universali Ecclesiæ consuetudini transferentis jejunium in Dominica incidens, in Sabbatum præcedens. Hinc tamen exciperem Sabbata illa, quibus ille voverit tenetur alio præcepto jejunare, ut si habeat etatem obligentem ad jejunium, non poterit commutare jejunium illius Dominica in Sabbatum quadragesimæ, vel quatuor temporum, vel quo alia vigilia incidit. Quia non est aquè acceptum Deo jejunium illud aliunde obligans, & votum intelligitur de actu aliis non obligante, nisi aliud exprimat.

19 Si tamen quis promisit jejunare vespere aliquos sancti, & illud incidat feria secunda, tenetur Sabbato præcedenti jejunare, nisi expressim habuerit intentionem jejunandi die Dominica. Quia id jejunium intelligendum est inflar didi ab Ecclesiæ in vigiliâ, cuiusvisque sancti, quod ea incidit in Dominica transferitur in Sabbatum præcedens. Et constat ex dicendis n. 19.

20 Atque eadem ratione, qui vovit jejunare integro aliquo mense, v. g. Aprilis, aut Maii, non tenetur jejunare diebus Dominicis illis, nisi ad id intenderit expressè obligare. Quia intelligitur hoc jejunium ad modum instituti ab Ecclesiâ, à quo dies Dominicis semper excipiuntur. Ita docent Tabiena verbo votum 3. q. 7. Armilla verbo votum, n. 25.

21 Hæcenus de prima superstitiosis specie egimus. Jam de secunda, quæ est idololatria, agendum est. Quæ sic definitur à D. Thoma 2. 2. q. 94. art. 1. Est qua tribuitur honor creaturæ, sicut Deo. Quare duo peccat. Alterum est ut honor, vel cultus creaturæ tribuitur, sicut Deo debuitur. Alterum est, ut is verè impendatur creaturæ, sicut Deo impendit oportet. Quare (ut optime ait Valentia 2. 2. disp. 6. quæ. 11. puncto 3. vel. 1. ubi dicitur, & sequenti) is divinum cultum creaturæ exhibet, tamquam Deo, qui cum divino cultu se prosequitur, ut eo cultu, quantum in se est, velit opinionem talem creaturæ conciliare, qualis re vera soli Deo competit, five id expressa, atque præsertim intentione tunc velit, five ex vi solius prioris intentionis, qua quis antea sic creaturam colere constituit; five tandem implicitè, & virtute hoc velit; nimirum, quando quis verum Deum agnoscens, & falsitatem idololatriæ, aliorum tamen consuetudine, aut metu, aliave ratione ductus, & obsecratus, intendit id ipsum creaturam venerando efficere, quod intendit si, qui creaturæ re vera divinos honores exhibere volunt. Quod multis Philosophis contigit. Qualiscumque autem sit idololatria, etiam hæc, & sola exterior constat eam esse peccatum mortale gravissimum; atque nullo metu excusari posse.

22 Hinc deducitur, idololatriam five interiorè, five exteriorè, posse contingere abque mentis errore, ac proinde abque hæresi, & cum illa. Contingit cum hæresi, quando idololatria putat creaturam à se adoratum esse Deum. Abque hæresi autem, quoties non credit eam esse Deum; vult tamen verè illi honorem divinum deferre. Ita clarè significat D. Thom. 2. 2. q. 94. art. 3. ad 1. Et docet Valentia 2. 2. disp. 6. quæ. 11. puncto 3. vel. 1. col. 1. 1. vel. 1. ubi dicitur, & sequenti. Quando autem idololatria est abque hæresi, sed sola exterior, nulla censura incurritur. Ut bene docet Suarez 1. mo. 1. de religione lib. 2. de superstitione c. 6. n. 20. & duplixi sequenti. Et nos diximus hoc 2. lib. c. 7. n. 20. Et tenent etiam Leonardus 1. 2. de just. c. 43. dubio 2. n. 11. Sazo in d. d. regia. 1. 4. c. 4. n. 11.

23 Secundo deducitur, deficiente voluntate interna, sine

expressa, five tacita conciliandi creaturæ exificationem soli Deo debitam, per cultum divinum exteriorè illi exhibitum, non esse veram idololatriam, sed factam, quantum sit gravissimum peccatum. Sicut enim hæresis ad suam rationem verè hæresis petit omnino errorem intellectus; ita verè idololatria eam voluntatem pervertit potest, five fit error in intellectu, five non. Quare dum communiter Doctores veram idololatriam dividunt in interiorè, & exteriorè; nomine exterioris non intelligitur hæc externam sicutam adorationem. Sed nomine interioris intelligunt eam, quæ vel ab intellectu errore procedit, quæ creaturæ putatur Deus; aut ab expressa, & directa voluntate conciliandi creaturæ divinam æssimationem. Nomine autem exteriorè eam intelligunt, quæ ex tacita ea voluntate, abque errore interno procedit: prout duplixi n. præced. explicuimus. Ita Valentia 2. 2. disputat. 6. quæ. 11. puncto 2. column. 1. vel. 1. Ex diversa autem, & puncto 3. col. 3. vel. 1. Appar. itaque, & ver. sic, Neque obsat.

CAPUT XXXVIII.

De tertia superstitiosis specie, quæ divinatio dicitur.

SUMMARIUM.

Quid sit divinatio, & in quibus prophetiis & naturalibus conjectione scerptatur? n. 1.

In quo malitia hæc divinatio consistat? n. 2.

An semper sit ex malo expresso, vel tacito cum demone? Et quando expressum, ac quando tacitum dicatur? n. 3.

An hoc pactum contingat præter divinantis intentionem, & eo ignoranter utente reus per quos dicitur? n. 4.

An hoc pactum tacitum exigit demones cum aliquo expressum in sese concurrendi cum illis rebus variis? n. 5.

In quo consistat malitia pacti expressi, vel taciti cum demone? n. 6.

An demones futura contingant, præterita emnia, ac hominum cogitationes reus? n. 7.

Qualiter hæc docent divinatores? n. 8.

Quando cognitio mediis variis procurata non excedit scientiam demones, an sit superstitiosa? n. 9.

Divinatio superstitiosa ex quibus cognoscatur, & quid in dubio? n. 10.

Ubi & an quando non ferio, sed soci causa, sit superstitiosa? n. 11.

An reddatur non suspecta ex successu divinatorum experientia? n. 12.

Quatuorplex sit divinatio? n. 13. & 15.

An divinationes hæc distinguantur specie in genere moris, ac sint in confissione explicanda? n. 14.

Divinatio an sit omni rei veritas? n. 15.

An jure humano interdicitur licita Astrologia per astris & chiromantia per manus lineas, & somniorum observatio? numero 16.

Divinatio, in qua est pactum explicatum cum demone, qualis culpa sit, & an ignorantia excusetur? n. 17.

Qualis culpa sit quæcumque divinatio, in qua non est explicatum cum demone pactum, & quando culpa excusetur? à num. 18. usque ad 22.

Post num. 22. invenies alia summaria.

1 Duplex est rerum cognitio occultatum. Quædam ex divina revelatione, quæ prophetia dicitur. Quædam autem ex diabolica, quæ divinatio appellatur. Est autem divinatio hæc, telle Divus Tho. 2. 2. quæ. 95. articulo. 1. prænuuntio futurorum eventuum indebitis modis, minimeque à divina Providentia constitutis. Dicitur, pronuntiatio, quod non sola mentis cognitione perficitur, sed verbis quoque, aut signis utitur, ad differentiam scientiæ per vanas observantias acquisita, quæ in sola cognitione consistit. Dicitur, futurorum eventuum. Quæ præcipue circa futura veratur inflar prophetiæ. At sicut hæc veratur quoque circa præterita, & præsentia, quæ procul ab humana cognitione sunt; ita etiam divinatio, Quippe utraque in materia convenit. Dicitur, modis indebitis, ut à prophetia, & naturali conjectatione scerptatur, quæ debitis modis, occultorum cognitionem adplicuntur, illa ex divina revelatione, hæc autem ex disciplina, & observatione humana.

2 Malitia autem huic observationis superstitiosæ in eo sita est, quod creaturæ tribuatur quoddam cultus Deo debitus, dum occultorum cognitio solius Dei propria, jab ipsoque expectanda, per vanas inventiones ex creaturis procuratur. Præterea, quia innititur pacto expresso, vel tacito cum demone. Ut num. sequenti explicabimus.

3 Prius autem, quàm ad singulas divinationis specie explicationes descendamus, oportet aliquot fundamenta præmittere. Primum est, hæc vana occultorum inquisitio per divinacionem innititur semper auxilio demones, cuiusque pactum, five expressè, five tacitè imploratur. Ut cum D. Aug. 1. 2. de doctrina Christi. c. 20. in fine, & c. 23. in initio, tradit ab omnibus receptus D. Tho. 2. 2. q. 95. art. 2. & 3. opus. 25. c. 3. Hoc autem pactum cum demone, five eius invocatio est duplex. Aut enim contingit explicitè, aut implicitè. Explicitè quidem, quando

quando expressis verbis invocatur demones, cum eo pactum inquit, aut quando impotest facto hæc sunt. Si, videlicet, quis sciens demones per aliquod signum occultata docere, illud ea docendū usurpet. Tacitè autem, & implicitè, quando quis cognitionem soli Deo reservatæ mediis variis & indebitis procurat. Nam quamvis præter eius intentionem sit demones invocare: eo ipso quod quis hæc media vana intendat quibus libenter demones se permisceat, vult à demone vanorum inventore edoceri. Atque ita docent Cajetanus 2. 2. quæstione 95. art. 2. in initio, & art. 3. in initio. Navarrus, summa c. 11. Hispaniæ num. 22. Latini, nu. 25. Valentia 2. 2. disp. 6. quæ. 11. puncto 2. in initio, & puncto 4. Sayro clavi regia, lib. 4. c. 5. nu. 5. Martinus del Rio, lib. 4. de superstitionibus, lib. 4. c. 5. nu. 5. Suarez 1. mo. 1. de religione, lib. 2. de numer. magicarum c. 2. q. 5. usque in finem, qui optime id sic suppositione c. 9. ad numer. 9. usque in finem scire superantia explicat. Quippe intendens variis mediis scire superantia humanam cognitionem, non vel curat via inventionis, eo quod invento ei inventionis media sint: quare ergo via distinctio. At magister illius non est Deus per se, vel per homines Angelos, utpote qui his variis non intendit; nec præsumitur revelatio divina. Nec etiam est alius homo, cum humanam cognitionem superet ipsi mediis inproportionatis eam scientiam habere. Ergo magister est demones. Quod fit doctrina illa per modum alicuius artis invenitur tradita in aliquibus libris, est tradita à demone per aliquem eius ministrum, & subinde à demone dicitur; & ideò intervenit pactum tacitum cum illo.

4 Hinc deducitur demones non his variis se immiscere, etiam ignoranter exerceat illa, & proinde præter eius expressam intentionem, ut fallat, suadente in his variis ficticiam colloquantur. Ut tradunt D. Augustinus 2. super Genesim ad litteram, D. Thomas 2. 2. q. 95. art. 5. ad 2. Cajetanus, num. præcedenti relatus, & in summa, verbo Inventatio in initio, Historia relictione de magia, quæ. 6. nu. 28. Simeonas de catholis, institutio, titulo 63. num. 13. Suarez eodem c. 9. num. 2. & 7. Et docet Sixtus Quintus in motu proprio, quem edidit contra astrologos. Nec obsat hos divinatores non intendere opem demones implorare, aut in ea sperare. Quia satis est ad hæc tacitam invocationem, his variis uti ad ea cognoscenda, quæ vim humanam superant. Cum enim ea vana secundum solam secretam demones opem ad id conferant, eo ipso quod quis has vacat, ad eam cognitionem parandam, affectat tacitè, & virtute, velle se eam demones opem. Quod bene docent Cajetanus, 2. 2. quæ. 95. art. 2. vers. 1. Ad evidentiam huius, Simeonas eodem num. 13. Suarez eod. c. 9. num. 13. Qui optime num. 17. ad id intermedium per crassam ignorantiam, & formaliter aliud in se hominem contraria, unum in se, & formaliter aliud in alio, & virtute, & sic se atque contingere in hoc casu. Quamvis enim utens his variis sic dicitur implicitè: & quamvis nolit expressum pactum, vult de facto tacitum. Qui vult uti illis mediis ex se inutilibus, & vana ad eam rem, quasi illa utilis sint, cum tamen utilitatem habere nequeant, nisi demones interveniunt. Nec refert (inquit) si illa utilia crederet propter experientiam. Nam hoc ipsum similiter est credere ex cadodemis interventu, & auxilio, habere utilitatem. Cum sicut tradimus num. 11. demones eas experientias procurat, ut eis homines decepti credant ea esse utilia, & eis utantur ad similes effectus comparandos.

5 Secundo deducitur, ut dicitur pactum tacitum cum demone, seu tacita eius invocatio, non exigit demones cum aliquo pactum in se immiscendi cum his variis à quocumque adhibitis, verbisque à quovis didis, ac currenti ad effectum intentionem. Sed satis est quepiam vana uti ad effectum adplicendum. Quippe eo ipso, ad ex D. Augustin. & alia numeris præcedenti diximus, demones vanitatibus illis se immiscere. Atque ita Valentia ibi allegavit hæc immixtionem appellat pactum tacitum cum demone, & Cajetanus ibi relatus tacitum demones invocationem.

6 Secundum fundamentum sit. Malitia pacti expressi, aut taciti cum demone, seu qualicumque eius invocationis, in eo sita est, Quippe ab ipso mundi exordio Genes. 3. Deus inter homines, & demones inimicitias indixit eaque in baptismo spondent universi, renuntiantes demones, ac eius operibus. Quare pactum expressum, aut tacitum cum demone invenientes, fecerunt cum Dei inimico, & jurato holle ineunt, quomobrem pertinet hæc ad prodigionem quandam, & apostasiam; inflar militum ad contrarium hostium factionem declinantium. Et quamvis inter homines inimicos distinguuntur duplex voluntarii generis, alterum cum inimicitias pertinens: alterum vero minime: at in demone omnia voluntaria sunt hostilia, atque in omnibus illis peccat propter obsequium cum ipso potest esse licita. Ut optime explicat Cajetanus 2. 2. quæ. 90. art. 1. Atque id explicat D. Paulus 1. ad Corinth. 10. ibi: Nolo vos socios fieri demones. Quare semper demones, ut summi hostes Dei, & hominum tractandi sunt.

7 Tertium fundamentum est. Quo pacto demones hæc occultata norit? Et quidem si futura contingentia sint, quædum non habent causam certam, & determinatam, nequid eam certè prædicere; ut gubernationes, ac regnorum mutationes, & ea, quæ à libero arbitrio pendunt. Ac potest

multa probabilissimè conjectans prædicere. Cum enim ingenio angelico, & tam exacta omnium naturalium cognitione, ac tam longa experientia præditus sit, sagacissimus est ad præsentienda ex his futura. Præterea, cum omnium hominum temperamenta affectuque optime norit, & quid ex ipsis oriri soleat; potest ex his pendentia à libero arbitrio probabilissimè conjectare: atque contingit, ut sèpe vera annuntiet. Ita multis allegatis Delvius lib. 4. de superstitionibus, magiarum c. 2. quæ. 2. Perira lib. 3. de magia c. 5. num. 35. Potest etiam demones ex clandestinis consiliis, verbis, scriptis, deliberationes hominum futuras solertissimè consicere. Ut forte ut eras talis homo talem acceret, vel ut talis regno deponatur. Sic Delvius, & Perira ibidem. Potest etiam demones certè futura nosse, quæ divinatores edocet, ex revelatione Dei per Angelum sibi facta. Sæpe enim Deus ad malum penæ infertendum uti solet demones ministerio: atque ita id damnum, ac durationis tempus ei revelat. Quare potest tunc demones initium, & finem ejus mali certè prædicere. Ita Delvius, & Perira ibidem. Præterea si morbus sit ex maleficio, qui ex pacto cesaturus est sublatum signo, poterit certum morbi finem prædicere. Sic Delvius ibidem. Quo attinet ad præterita, potest ea omnia, quæ aliquando aliena relatione accepit, vel coram ipso gestata sunt, certo annuntiare. Quippe ea omnia memoria retinet. Sic Delvius ibidem. Circa præsentia, si illa in actu externo consistant, possunt certissimè demones nota esse. Ut occultissima furtis, res perditæ, thesauri olim defossi. Sic Delvius ibidem, Valentia 2. 2. disp. 6. quæ. 11. puncto 3. column. 1. At cogitationes hominum, ac deliberationes, quæ à libero arbitrio pendent, quamvis certè alsequi nequeat, potest probabilissimè conjectare ex his; quæ in corpore tam intus, quam externis apparent, & ex verbis, scriptis, & aliis clandestinis consiliis. Ita multis citatis Delvius, Perira, Valentia ibidem. Potest etiam cogitationes hominum ferè certè conjectare ita vehementer hominem perturbando phantasmata immisso, ut vix possit tunc aliud cogitare, quàm id, quod à demone suggestum fuit. Ita Delvius ibidem. Tandem solet ob incomparabilem sui motus celeritatem, celerrimè denuntiare in remotissimis gestis. Atque ita divinatores à demone ea accipientes denuntiant multo ante, quam humano modo sciri valeant. Ita Delvius, & Perira ibidem.

8 Docentur autem divinatores à demone hæc occulta, vel aspecabiliter se eis offerendo, ac verbis manifestando, vel abique ullo aspectu formati in aere verbis, vel missis scripto aliquo, vel in fomnis, aut vigilia, afficiendo, & commovendo phantasmata, effluendoque phantasmata idonea ad futura præsentanda; atque incitando divinatores, ut representata per phantasmata prædicant. Ita explicat Perira lib. de magia c. 5. num. 35.

9 Quartum fundamentum. Quidam dicunt esse illicitum, sed non superstitiosum, quando mediis variis procuratur cognitio non excedens scientiam demones. Ut si procuratur certa cognitio præteritorum, aut præsentium in actu externo consistentium, aut sola conjecturalis futurorum contingentium, & penduntium à libero arbitrio, & cogitationum: Quia non procuratur à demone cognitio propria Dei: & proinde nulla excellentia Dei ei tribuitur. Et quamvis sit aliquis honor ei se docendam subficer, & sit facti aliquid in eo excellentiam, qua nos superat; verè ea perfectio, & excellentia naturalis, quæ nos superat, est in eo. Sic tradit Valentia 2. 2. disp. 6. quæ. 11. puncto 3. in principio. Item tradit, licet non ita clarè, Leonardus lib. 12. de relig. lib. 2. de superstitionibus c. 8. num. 16. tenet esse superstitiosum. Et satis id indicant D. Thomas 2. 2. q. 95. art. 2. & ibi Cajetanus, in fine, quatenus absolute docent ad superstitutionem pertinere uti ope demones ad aliqd faciendum; vel cognoscendum. Et reddit rationem Cajet. ratione excellentiæ divinæ affectatæ à demone. Quæ ratio sic magis explicatur. Quia quamvis non configiatur ad demones, gratia obtinendæ altioris rerum occultarum cognitionis, quæ ipse possit consequi, & virtute sua naturali communicare; quia tamen per hæc ipsam societatem affectat demones usurpare aliquid excellentiæ divinæ, & de honore illi debito ab homine, nempe, ut homo relicto. Deo ad ipsum configiatur, & in eo contra Dei voluntatem consistat, cooperaturque, & in eo contra Dei voluntatem consistat, cooperaturque, & in eo contra Dei voluntatem consistat, cooperaturque, & in eo contra Dei voluntatem consistat, cooperaturque.

10 Quintum fundamentum est. Ex quibus divinatio superstitiosa, & illicita, in qua est tacitum cum demone pactum, cognoscatur, ac à licita fecerim valeat? Nam quando est pactum expressum, ipsa præ se suam malitiam fert. Dignoscitur autem ex tribus. Primum est proportio reico-gnoscendæ ad medium, per quod ejus cognitio procuratur. Secundum est natura, five modus ipsius cognitionis. Tertium est intentio eam cognitionem quærentis. Proportio inter rem cognoscendam, & medium in eo consistit, ne mala divinatior, sed connectio licita sit, ut unum ex aliis sufficienter cognosci possit. Contingit autem tripliciter unum ex alio posse sufficienter cognosci. Primum, ut ex sua causa, sicut eclipsum ex motu cæli tanquam ex sua causa cognoscitur. Secundò, ut ex sua effecta, ut ex fumo ignis. Tertio; ut ex effectu suæ causæ; à qua uterque effectus procedit.

cedit. Sicut ex arcu ecclesie serenitas cognoscitur, eoque eadem arcus illius, et serenitatis causa est. Quare quoties sapientium iudicio appareat aliquo ex tribus istis modis unum ex alio cognosci posse, est licita conjectura: quando autem nullo ex his modis, erit vana. Et superflua divinatio, in qua inest tacta demonis invocatio. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. Et ibi Cajetanus verus. In eodem art. 5. Delirus lib. 4. diquisit. magicarum c. 2. qu. 3. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 1. 3. columnas 3. Suarez. tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitione c. 9. ad num. 2. usque ad 7. Modus cognoscendi, seu natura cognitionis in eo consistit, quando procuratur cognitio omnino certa, aut saltem certior, quam haberi possit, considerata libertate arbitrii, et defectu causarum concurrentium possibilium, et superflua, et mala. Secus si non cognitio certa quaeratur, sed conjecturalis sola, qualis de duci potest ex medio ad eam assumpto. Ita *D. Thomas 10 art. 5. ad finem corporis. Et ibi Cajetan. paulo post principium. Delirus, Suarez, Valentia proximo allegati. Tandem intentio quaerentis cognitionem spectanda quoque est. Si enim serio per media illa vana cognitionem occultorum indagat, est mala, & est in ea pactum tacitum cum demone; fecius autem, quando loci solus, & vanitatis causa, sciens ea media vana esse, et inutilia. Quia ubi seria cognitio non quaeritur ex re vana, non affectatur propria Dei cognitio, iocosa enim, & simulata non est Dei propria. Ita *Cajetanus 2. 2. qu. 95. art. 2. verus. ad evidentiam huius. Delirus ad c. 2. qu. 3. Valentia in p. 1. 3. columnas. 1. & consilium ad dicendum numero 20. Quid autem in dubio, an cognitio licite ex eo modo procuratur, sententiam sit, consistat ex dicendis c. 4. n. 44.***

11 Sextum fundamentum fit. Non reddit licitam hanc divinacionem, & ad superstitionis suspicione liberam, experientia successus prosperi, vel adversi, ex occursum illarum rerum vanarum, & quae ad divinandum improportionate sunt. Ut si experientia comparat divinas aliqua tempora, vel loca, vel verba audita, vel occursum hominis, aut alterius rei, aliquid boni, vel mali venturi sibi praesigium habere. Quia ad principium illi casu contingit: at cum postmodum homines his vana observantia animum suum implicare incipiunt, nullis secundum has observationes venientibus ex demonis deceptione, ut in his observantia attendendis curiosiores effecti, implicentur multis perniciosis erroribus laqueis. Ita cum *D. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 20. tradunt D. Thomas secundam secundam, q. 96. art. 3. ad 2. D. Antonius 2. 2. part. 1. r. 1. 2. r. 1. Angelus verb. Superfluitas. 2. 2. ubi sicut. q. 10. A. 5. in fine. Sicut. tom. 1. de religione. lib. 2. de superstitione. c. 9. n. 13.*

12 Septimum fundamentum est. Quotplex fit divinatio? De qua re late videndum est *Delirus lib. 4. diquisit. magic. c. 2. de 7. ubi eruditissime varios harum divinacionum modos describit. Sed breviter divinatio est duplex: quaedam, in qua est pactum expressum cum demonibus: quaedam vero, in qua solum tacitum. Atque utriusque variae sunt species, iuxta signorum diversitatem, quibus demon divinatores docere solet. Atque prioris, in qua est pactum expressum, quae generali nomine appellatur Necromantia, sunt novem species. Prima est, praesigium. Cum nempe demon variis apparitionibus superflitorum oculis praerungit, se illorum aspectibus obiciens, occultatae docens. Secunda dicitur divinatio per somnia. Cum instructio demonis per somnia speratur. Tertia dicitur Necromantia, cum adhibitis sanguine, & certis carnibus videntur mortui resurgere, loqui, & docere. Quarta dicitur divinatio per Pythones, cum demon per homines arripitios docet. Quinta Geomantia. Cum docet per signa in corporibus terrestribus apparentia, ut in ligno, metallo, lapide. Sexta Hydromantia. Cum per signa in aqua apparentia. Septima Aeromantia. Cum per signa in aere apparentia. Octava Pyromantia. Cum per signa apparentia in igne. Ultima Aruspitium. Cum per signa apparentia in visceribus animalium sacrificatorum demoni docent.*

13 Rursus divinatio, in qua est sola tacta demonis invocatio, est duplex. Prior est, cum cognitio occultorum vane procuratur ex consideratione alicuius dispositionis alicuius existentis in quibuscumque rebus. Posterior est, cum quaeritur ex dispositione eorum, quae homines consulto faciunt, causa eius cognitionis adipiscenda. Priori divinationi modum dividit *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3. in novem species. Prima est Genethlia. Cum ex siderum motu, aut situ cognitio quaeritur. Secunda Augurium. Cum ex animalium vocibus, aut ex hominum sermatione. Tertia Auspicium. Cum ex avium volatu, aut quorumvis animalium motu. Quarta Omen. Cum ex hominum vocibus praeter intentionem dicitur. Quinta Onirocritica. Cum ex somniis. Sexta Physiognomia. Cum ex totius corporis humani signis. Septima Spatulamantia. Cum ex spatulae signis. Octava Metoposcopia. Cum ex fronte. Nona Chromantia. Cum ex manuum lineis. Rursus posterioris modi divinationi narrat duas species *Diems Th. ibi. Prima est Geomantia. Cum ex puncturae protrahione cognitio quaeritur. Secunda dicitur divinatio per sortes. Cum aliquis ex signis resultantibus in plumbo liquefacto, prodecedo in aquam, vel ex consideratione fusaeae electae ex duabus oblatis, scheduleve scriptae, aut ab eis, vel ex taxillorum proiectione, vel ex consideratione eorum, quod aperientia librum occurrat, cognitionem quaerit.**

14 Sed dabitur an dicti divinacionis modi constituant diversitas in genere moris species necessarii fatendae? Utan divinatio sit per aereum, vel per aquam. *Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 12. puncto 2. in fine aut, in quavis in genere entis, seu naturae numeretur omnes dictae species; at in genere moris, triplicem esse speciem. Prima est, in qua est expressa demonis invocatio. Quae generali nomine appellatur Necromantia. Secunda est, in qua est tacta invocatio, quae per solam considerationem dispositionis, vel motus alicuius rei, cognitio occultorum quaeritur. Quae generali nomine Augurium dicitur. Ultima, dum aliquid consulto fit ad eam cognitionem comparandum. Quae generali nomine potest dici divinatio per sortes. Idque colligitur ex *D. Thom. 2. 2. q. 94. art. 3. in fine corporis. ubi omnes divinacionis species late à de enumerat ad has tres reducit. Alii vero dicunt has divinationi species non esse in genere moris distinctas; ac idem non esse opus in confessione explicare, per quas res divinationi fact. Quod hi divinationi modi non habeant speciale contra ream rationem deformitatem, sed omnes eandem. Ita *Cajetan. in opus. seu primo, tractatu quinto de confessione, q. 3. verus. Et quoniam, Victoria, Summa, ubi de confessione, n. 176. in fine. Sotus a. di. 138. q. 2. art. 4. conclusione 6. in fine. Azor. tom. 1. lib. 9. instit. moralium. c. 12. qu. 3. Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstitione. cap. 9. num. 5. Et cap. 10. num. 2. Et Manuel. 1. tom. Summa, in editione c. 53. num. 5. Et ita placet. Id tamen latendum est, quando ad pactum expressum cum demone, esse id necessario exprimum in confessione. Quod bene ait *Suarez. de c. 10. num. 1. esse certissimum; in quavis dicamus divinacionem, in qua est pactum expressum, esse eiusdem speciei moralis cum ea, in qua est pactum implicitum, & solum differre sicut completum, & incompletum, perfectum, & imperfectum intra eandem speciem. Quod dicit *Suarez. ubi esse probabile sicut profuso expresse. Et tacta sunt eisdem speciei. Et ratio est, quia longe diversum iudicium est faciendum in confessione de pacto expresso, quam de tacto. Quare optime *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3. ad 1. haec ait: Multo gravius est demones invocare, quam aliqua facere, quibus aliquis fit, ut se velint ingerant. Quam ob rem nullatenus approbo, quod ait *Victoria proximo allegatus, nempe, sulficere fatari dicendo se fuisse reum superflitionis mortalis. Hoc (inquam) non approbo, quia non satis explicat malitia speciei, & gravitas; potest enim superflitio illa contingere cum pacto implicito, aut cum pacto explicito cum demone.*******

15 His praemissis prima conclusio fit. Divinatio haec superflitiosa est omni iure interdicta, nempe, divino. *Demonum. 18. Numer. 25. Esia 8. Ecclesiast. 34. & iure canonico per multa cap. 26. qu. 5. Et à Sixto Quinto, in motu proprio contra Astrologos. Et iure civili, *I. Nemo, c. de maliciis.**

16 Quamvis autem moneat Ecclesia in praedictis capitulis, fideles abstinere à licita Astrologia, somniorum, & linearum manuum observatione, ac periculum in usum illicitum declinandi. At re vera nullum praecceptum novum indicare intendi; sed eam solum occultorum inquisitionem damnat, quae vere naturae iniqua erit. Quod constat ex eo, quod in his locis dicitur earum rerum observationem pertinere ad paganorum ritus, & demonis societatem. Quod de sola observantia iure naturae interdicta verum est. Ita *Cajetanus 2. 2. qu. 95. art. 2. verus. ad evidentiam huius, Val. 2. 2. disp. 6. qu. 12. puncto 1. in fine, Sayro in clavi regia, lib. 4. c. 5. num. 3.*

17 Secunda conclusio. Divinatio, in qua est explicitum pactum cum demone, sive verbis, sive factu ipso, est semper mortalis. Nec inter fideles potest aliquis ignorantia excusari. Cum res per se ipsa malitiam suam ferat; ac toties doceatur. Sic *Valentia eodem q. 12. puncto 4. Delirus lib. 4. diquisit. magic. c. 2. q. 2.*

18 Tertia conclusio. Divinatio, in qua est solum pactum tacitum cum demone, est ex genere suo peccatum mortale, nec potest ex materia parvitate excusari. Quia usurpatione cognitionis Deus relevat: est ex se admodum gravis, abstrahendo à materia materi. Ita *Valentia, & Delirus num. preced. alleg.*

19 Quarta conclusio. Excusatur à mortali, ratione ignorantiae, quae nec asclatata, nec nimis crassa est. Quia non ita patens est eius malitia. Ita *Cajetan. 2. 2. q. 95. art. 2. verus. ad evidentiam huius, Valent. & Delirus num. 17. relati. Sayro in clavi regia, lib. 4. c. 5. num. al. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 43. dub. 10. num. 64.*

20 Quinta conclusio. Si intentio divinantis non sit superflitiosa, sed ea divinacione utatur quae causa ad se oblectandum, est veniale. Quia tunc ea divinatio non est vere superflitiosa. Ut *num. 10. diximus. Ita Cajetan. Valentia, & Delirus num. preced. allegati, Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstitione c. 9. num. 11. Sayro ex cap. 5. num. ultimo. Addunt bene *Valentia, & Delirus, posse nonnumquam contingere, ut is locus talibus circumstantiis veliatur, ut omni culpa vacet, & ad Eutrapeliam virtutem pertineat.**

21 Sexta conclusio. Venialis quoque vanitas est, quando observatur somnia, auguria, fortes, haruspicia, & reliqua per quae divinat, non habendo illis fidem tamquam certis, sed solum timorem quemdam concipiendi. Quia dedit à perfecta superflitionis ratione. Ita docent *Cajetan. 2. 2. q. 96.*

*qu. 96. art. 3. Et q. 95. art. 6. ad finem, Et Summa, verbo Superflitio, c. 2. Et ibi Armilla numer. 3. Navar. Summa Latina, Et Hispana cap. 11. num. 37. Alacer. Summa cap. 14. fol. 46. Margaritae confessorum in 1. praecipuo, fol. 90. Bartholom. à Ledesma Summa sacrorum, ubi de confessione, post dubium 12. in interrogatoriis circa praecipuum, in fine, Deius de Ledesma 2. tom. Summa, tractatu 7. cap. 11. ad finem, Leonardus lib. 2. de iust. c. 43. dubio 8. num. 53. Delirus lib. 4. diquisit. magic. c. 2. 97. sectione 4. Sayro in clavi regia, lib. 4. cap. 7. num. 5. Suarez. tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitione cap. 10. num. 6. Et cap. 13. num. 25. Quae communiter est sola venialis culpa; communiter enim fides integra non habetur his. Ut bene tradunt *Cajetan. in Summa loco citato, & Suarez, & Armilla ibidem.* Sed quamvis hoc ita sit, optime advertit *Delirus ibidem, esse semper rem valde periculosa iuxta hae actiones dirigere etiam illis minime credendo. Quippe iustissime Deus permittitire solet horum observatores male perire. Daemon etiam per huiusmodi saepe in peiora pertrahit. Et in magis feris decipit; & pessimus habitus pertrahens ad infidelitatem generatur. Adiant etiam *Cajetan. in eodem loco Summa, & Armilla ibidem, aliquando nullam esse vim, timere ex causa praesentis, aut somnio malum futurum. Ut si quis corporaliter credens tamen futurum à statu casum; non tamen prospectans delictum ab operibus prudenter agendis; sed caute vigilans. Quippe potest hic casus esse futuri signum, aut ex divina providentia, aut ex communi utriusque casus causa celsiti. Sed iure optimo *Delirus libro 3. diquisit. magic. parte 2. qu. 4. sectione 4. litera D. verus. Conclusio fit, hoc improbat. Quippe ad vana observationes divinantium aditum pandit; & rarissime, aut nunquam continget eum casum esse futuri signum. Idem improbat *Suarez. eodem cap. 10. num. 6. Quia non potest habere locum, nisi quando potest illi malum futurum in aliqua probabili ratione fundari. Qualis non est illa. Idem Leonardus eo capite quadragesimo quarto, dubio decimo, numero 66.*****

22 Ultima conclusio. Usque adeo ex his divinacionibus pendere, ut ad earum quasi normam quispian actioes suas dirigat, est mortale. Ut etiam *num. 31. dicimus. Et ultra ubi allegandus tenent *Armilla verbo Summa, in summo, Leonardus supra, Suarez. c. 13. num. 25. At semel, vel iterum aliquid omittere alias non obligans sui mortali, haec observatio, est solum veniale. Ut dicam eodem num. 31. Et docent *Cajetan. in Summa, verb. Somniorum observatio, Armilla proximo relati, Navarrosus, Summa, c. 11. num. 33. Azor. tom. 1. lib. 9. instit. moral. cap. 17. in fine.***

De divinacione cum pacto demonis expresso.

SUMMARIUM.

- An credendum sit apparitionibus dicentium se esse animas defunctorum? Et ex quibus cognoscatur, an boni, an mali Angeli sint? num. 25.
- An homines in demoniis afferenti se defuncti animam esse, sit credendum, et faciendum, quod fieri praescribit? num. vigesimo quarto.
- An liceat inter alios praescribi, ut qui prior obierit, alteri appareat, cum certiorum de suo statu facturus? num. 25.
- Qua peccata necessarii factenda solent intervenire in pacto expresso cum demone? num. 16.
- Post num. 26. invenies alia summaria.
- H**Actenus fundamenta generalia ad omnem superflitiosam divinacionem intelligendam proposuimus. Jam ad singulas species explicandas, in quibus est aliquid notatu dignum, descendimus. Et circa illam, in qua est pactum expressum cum demone; iam explicuimus num. 3. quod tripliciter contingit & num. 6. diximus, in quo constat eius malitia. Et numero decimo septimo, diximus esse semper peccatum mortale. Cum autem dixerimus num. 8. diversimode demonem docere divinatores: circa modum apparitiones se esse animas defunctorum; et saepe demones apparere in errore medio. Ut docent *D. Augustinus lib. 10. de civit. Dei cap. 11. à medio, D. Chrysostomus Homilia 29. in Matrh. D. Thom. p. q. 117. artic. 4. ad 2. Sylvest. verbo Maleficio, qu. 4. dist. 2. Victoria de magia q. 4. num. 17. Sotus lib. 8. de iust. q. 3. art. 2. column. 4. verus, Sed regas, Ciruelo de superstitione. p. 3. c. 8. Pedraza in Summa, in 1. praecipuo, q. 10. Martinus del Rio lib. 2. diquisitionum magicarum, qu. 26. sect. 7. Et quamvis bona consulant; peccata frustra fieri, aut aliquid resistit, id efficiunt gratia posse facilis capiendi. Ut bene docent *Pedraza, Victoria ibidem, Thyrens de spirituum apparitionibus cap. 16. num. 9. Atque saepe apparitiones sunt imaginariae. Ut bene dicit *Vitorius ibidem. Quamvis concedendum sit, animas beatas, aut in purgatorio, in inferno detentas apparere aliquando viventibus, id Deo permittente ob aliquas iustas causas. Ut bene probant *Martinus del Rio ea quaestione vigesima, facta per aliquos sectiones. Thyrens eodem libro à cap. 11. per multa in capite, qui optime capite decimo sexto, & Martinus del Rio ea quaestione vigesima sexta, sectione tertia tradunt signa, quibus discerni queat, an boni, an mali Angeli, hae apparitiones sint.****
- Q**uando autem in demoniaco aut demon se aliquis dicitur, ubi nonnulli factum legimus, mutuo pacitibus, ut praemissiones superfliti apparet, certiorum cum de suo statu facturus. Quamvis enim secundum de consideratione culpa crearet ut docent *Frisberg in Summa confessorum, libro primo, tit. iudicium, qu. 23. Martinus del Rio statim allegandus; at est subiedum periculo illusionis demoniaca. Et ideo id reprehendunt, Ciruelo de superstitionibus; parte tertia, capite undecimo, Martinus del Rio lib. 2. diquisitionum magicarum, q. 26. sect. 7. qui addit vix fieri posse, ut pactum hoc culpa curiositatis vadeit.*
- D**emum quando superflitio habet adiunctum pactum expressum cum demone, solent multa malitia specificae adijungi, quas confessor examinare debet, & optime eas explicat *Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstitione c. 8. à num. 22. usque ad finem. Quandoque enim adoratur demon cultu solius Dei, & eadem enim ad ipsum solum ordinatis, & tunc est idololatia. Quandoque vero solo sanctorum cultu, propter excellentiam suae naturae, & scientiae; ad habendum cum propitiis; & tunc erit idololatria, contraria virtuti duliae, quae coluntur sancti. Aliquando adiungitur promissio renuntiandi baptismo, & Christo, & perpetuae obedientiae demoni, &c. & tunc talis erit malitia nova adiuncta, quae pactum. Quandoque creditur demoni aliquid dicenti, & tunc si tanquam veritati infallibili, aut res dicta fit contra fidem, & erit haereticus crimen. Tandem si ex hoc divinatio sequatur, & inductio aliorum ad credenda divinata, & iuxta illa operandum, erit peccatum divinationis, & scandalum induccionis aliorum. Si intentio sit ad conciliandam opinionem sancti, aut Prophetae, erit sacrilegia hypocritis. Ut bene ait *Leonard. lib. 2. de iust. cap. 43. dub. 5. numero 28. Quod si nil horum conjungatur; sed animus sit sciendi res illas divinas hoc iniquo medio, erit curiositas non addens novam malitiam mortalem superflitiose illi, & mortali divinacioni, pactoque cum demone. Ut bene docet *Leonard. ibidem.***

animam esse defuncti, semper mentitur. Quod anima defuncti nunquam aliud corpus ingrediatur. Ita *Abulensis capite 8. Martini, quaestione 124. ad 1. Martinus del Rio post Lesciret diquisitionum magicarum, in anaephalos, monitione 10. ubi bene advertit non faciendum, quod fieri praescribit; sed si alias id obliget, faciendum esse ratione praecipi obligantis; si vero sit sub consilio, licere exequi; non quia demon dicit, sed quia est in se bonum. At tutius esse ait, aliquando id consilium praetermittere, ut in aliud commutare, ne quid frandis eo consilio demon moliat. Quare bene ait *Thyrens de apparitionibus spirituum cap. 15. num. 20. demonibus, nec bona consulentibus audiendum esse; eo quod omnia bona, quae consulunt, tendant ad nostram perniciem.**

25 Hinc fit non esse temere imitandum, quod olim à nonnullis factum legimus, mutuo pacitibus, ut praemissiones superfliti apparet, certiorum cum de suo statu facturus. Quamvis enim secundum de consideratione culpa crearet ut docent *Frisberg in Summa confessorum, libro primo, tit. iudicium, qu. 23. Martinus del Rio statim allegandus; at est subiedum periculo illusionis demoniaca. Et ideo id reprehendunt, Ciruelo de superstitionibus; parte tertia, capite undecimo, Martinus del Rio lib. 2. diquisitionum magicarum, q. 26. sect. 7. qui addit vix fieri posse, ut pactum hoc culpa curiositatis vadeit.*

26 Demum quando superflitio habet adiunctum pactum expressum cum demone, solent multa malitia specificae adijungi, quas confessor examinare debet, & optime eas explicat *Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstitione c. 8. à num. 22. usque ad finem. Quandoque enim adoratur demon cultu solius Dei, & eadem enim ad ipsum solum ordinatis, & tunc est idololatia. Quandoque vero solo sanctorum cultu, propter excellentiam suae naturae, & scientiae; ad habendum cum propitiis; & tunc erit idololatria, contraria virtuti duliae, quae coluntur sancti. Aliquando adiungitur promissio renuntiandi baptismo, & Christo, & perpetuae obedientiae demoni, &c. & tunc talis erit malitia nova adiuncta, quae pactum. Quandoque creditur demoni aliquid dicenti, & tunc si tanquam veritati infallibili, aut res dicta fit contra fidem, & erit haereticus crimen. Tandem si ex hoc divinatio sequatur, & inductio aliorum ad credenda divinata, & iuxta illa operandum, erit peccatum divinationis, & scandalum induccionis aliorum. Si intentio sit ad conciliandam opinionem sancti, aut Prophetae, erit sacrilegia hypocritis. Ut bene ait *Leonard. lib. 2. de iust. cap. 43. dub. 5. numero 28. Quod si nil horum conjungatur; sed animus sit sciendi res illas divinas hoc iniquo medio, erit curiositas non addens novam malitiam mortalem superflitiose illi, & mortali divinacioni, pactoque cum demone. Ut bene docet *Leonard. ibidem.***

De divinacione per astra, absque expresso pacto cum demone.

SUMMARIUM.

- Quotplex fit Astrologia naturalis, & iudiciaria? num. 27.
- An naturalis consistat de affectibus naturalibus, & de inclinatione hominum licet? num. 28.
- Quanta incertitudo sit in his, & qualis culpa praedixere hae cum majori certitudine? num. 29.
- Judiciaria consistens de casibus sortitis, & pendentiis ex libera arbitrio, an liceat? num. 30.
- Quotupliciter in hoc peccetur? num. 31.
- Quid si haec non pronuntiantur ut certa? Refertur opinio, numero 30.
- Explicatur sententia *Auctoris, & explicatur motus proprius Sixti V. num. 33. & 34.*
- Quid de Astrologia praedictante totius anni successum, & quid homini contingat, & versante circa electiones? num. 35.
- An liceat consultare Astrologos, ad sortem, & de futurum invenientium? num. 36.
- Zabories dicentes se videre in terra, aut corpore humano latentiam, an sint mali? num. 37.
- Post num. 37. invenies alia summaria.
- D**Uplex est Astrologia. Quaedam est naturalis, quae medicinae, agriculturae, & navigationis plurimum conducit. Ea autem est, quae ex situ, cursu, motuque astrorum ea, quae naturaliter contingunt, conjectat, ut eclipsum, pluvias, grandines, ventos, &c. Altera est iudiciaria, quae ex astris conjectat futuros eventus sortitis, & ex libero arbitrio pendentes, praerita etiam, & praesentia profusa occulta. Et huius sunt tres partes. Ut bene notat *Martinus del Rio lib. 4. diquisitionum magicarum, capite 2. q. 1. puncto post principium. Prima dicitur revolutionum, quae praedicit totius anni, bello, paceque vicissitudines, acris salubritatem, annonas, morbos animalium. Secunda dicitur magisterii nativitatum, quae sigillatim omnia homini tota vita eventura praedicit; ut certo morbo, certo tempore, menfite, aut die, aut certo loco hominem periturum; uxorem divitem, aut pauperem, pulchram, aut deformem daturum, fore gratum tali principi, ad certam dignitatem promovendum. Tertia dicitur electionum, quae docet quid in singulis rebus,*

